

etiam hunc Societati adjunxi, cum de observatore tantum cogitaverat elbr. Michaelis, neglecto pictore et collectore.

Ad Scientiam naturalem autem proprie quid in MScriptis et observatis defunctorum lateat adhuc ignoro, sed breve incipienda disquisitio, a Commissione (ut vocant).

Qvæ domum missa sunt Naturalia maxime ad conchologiam pertinent, ubi varia nova et curiosa, ludunt maxime Labio suo digitato Strombi, pro varia ætate animalis, interdum nullo interdum plurimis ita ut in hisce genera stabilita omnino deficient solis observationibus, in vivo perficiendis, sed qvam paucis hoc datum!

Cardii speciem olim ab Egypto missam, pulcherrimum testaceum, et cujus alterum exemplar in ultimis sarcinis inveni, Tibi jam dudum a D^a Spenglero missum video et insertum titulo retusi, sed descriptio minus qvadrat.

Specimina olim rariora, partim nova, cum satis magna copia jam possidet Musæum, qvæ omnia fere ex mari rubro et sinu persico, impetrata Superiorum licentia, nonnulla Tibi, Vir Illustr., transmittere conabor, expectaturus a Te mineralia rariora aut inqvilina aut peregrina. Interim ut valeas in Scientiæ emolumentum mihiqve favere pergas velim!

Dabam Charlottoburgi 4^{to} Xbris 1767

P. S. D^a König olim missionarius naturalista Islandicus jam in Indiam missus est, titulo Medici missionis Evangelicæ in Tanjour.

Dⁿⁱ Oederi salutem Tibi dico, petit, ut per aliquem Legationis Svecicæ recipere velis Fasciculum Floræ proximum et sequentes, Schedulamqve manu tua signatam illi mittas.*)

(20)*

Tronhiem xbr 15. 1782

De unskylder Min gunstige Herre, at brevet om deres Sal. Faders, min meget ærede Læreres, død, saa sildigen besvares — Da Ieg nu siden 6—7 Aar er kommen saa langt

*) Oversat i Linn. Corr. II, 485.